UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Novissima Polyanthea, In Libros XX. Dispertita

Dominicus

Francofurti, 1613

Seditio

urn:nbn:de:hbz:466:1-97211

Visual Library

In tuo regno.

Quod cuiusq; priuatum eſt, regnum eius dicitur.

In tuo loco & fano eſt ſitum.

Apud Plautum pro eo, quod eſt, in tua poteſtate, tuo arbitrio, tua tutela, tua manu.

Intra tuas præſepes.

Plautus in Caſina. Scit, ſi id imperet, futurum quod amat, intra præſepes ſuas, pro eo, quod eſt, certum ac paratum.

Aliud cura.

Quum negabis eſſe cauſam, cur aliquis aut dubitet, aut ſollicitus ſit, exempto ſcrupulo Terent. atq; iam reperi aliud cura.

In diem viuere. Ex tempore viuere. *Perſius.*

Ex præſentibus rebus contẽtum viuere, atq; ex parato, minime ſolicitum de futuris. Quæ vita Græcis dicitur καθημέριος βίος. *&* καθημερόβιοι, *qui ad eum viuunt modum.*

Canis, tanquam Delum nauigans. ᾄδεις, ὥσπερ εἰς Δῆλον πλέων. *Plato.*

In ſupinum, otioſum, ſecurum, ac voluptuariam agentem vitam dicebatur.

Porrectis pedibus dormire. ἀποτείναντα τὼ πόδε καθεύδειν. *Lucianus.*

Sublatis pedibus requieſco, & ſupinus per otium. Et ſupinitatem negligentiam, incogitantiamq; ſignificamus.

In dextram aurem. *Plinius*

Sic etiam admonent medici, vt in primo ſomno, qui profundiſſimus eſſe conſueuit, in aurem dextram incumbamus.

In vtramuis aurem dormire. *Terent.*

Eſt animo otioſo, ſecuro, ſtacneq; eſſe.

In vtrumuis dormire oculum.

Plautus in Pſeud. De iſthac re in oculum vtrumuis conquieſce. Eſt animo otioſo eſſe.

Halcedonia ſunt apud forum.

Extat in Græcorum commentariis huiuſmodi prouerbium: Ἀλκυονίτιδας ἡμέρας ἄγεις, *i. Halcyonis agis dies. De tranquillam & otioſam agentibus vitam. Ab aue quadam marina ductum adagium.*

Vita molita. ἀληλεσμένος βίος.

Suidas indicat adagium varie accipi. Quoſdam vſurpare de vita priſcorum, qui glandibus veſcebantur. Nonnullos de iis, qui in magna rerum, quas deſiderarent, affluentia vitam agerent.

Equus me portat, alit me Rex. ἵππος με φέρει, βασιλεὺς με τρέφει. *Horat.*

Hinc natum: Iuuenis quidam ſub Rege Philippo ſtipendia faciebat. Is quum admoneretur, vt miſſionem peteret, ſeſeq; à militia abdicaret, negauit ſe facturum iſto adagio.

Extra lutum pedes habes. ἐκ τοῦ πηλοῦ πόδας ἔχεις.

In eos, qui moleſtis non inuoluuntur negotiis, vnde ſe nequeant explicare, ſed extra periculum conſtituti ſunt. Homero aſcribitur.

Extra periculum ferox.

In obtrectatorem clancularium, qui coram non auſit congredi. Hom. Iliad. v.

Ἀνδρῶν δυσμενέων ἱστάμενος λεπομίζειν.

Pugnare gnarus- verum eminus & procul hoſte. Ein guter Kriegsman hinder dem Offen.

Procul à pedibus equinis. ἐκ τῶν ποδῶν ἱππείων. *Diogen.*

Vulgo dicitur, quum ſignificant, fugiendum eſſe periculum. Auß den Füſſen.

Extra telorum iactum. ἔξω βελῶν. *Terent.*

Pro eo, quod eſt in tuto citraq; periculum. Weit ab. Weit von dannen iſt gut für den Schuß.

Procul à Ioue atque à fulmine. πόῤῥω Διός τε καὶ κεραυνοῦ.

Admonet, non eſſe agendum cum potentioribus, qui natu poſſint perdere, ſi quando libeat, maxime cum Regibus ac Tyrannis. Mit groſſen Herren iſt böß Kirſchen eſſen.

In tranquillo eſt. *Terent.*

Qui te in ſcopulum è tranquillo auferat: & quod alibi diximus, Ego in portu nauigo.

In vado. *Terent.*

Omnis res in vado eſt. Vadum autem eſt aquæ fundus, in quo quisquis conſtiterit, is iam effugit periculum, ne mergatur.

¶ FABVLAE.

De Fatuo & Eſſedo corruente.

Vehebatur forte cum aliis quibuſdam fatuus adhibitus riſus & iocorum gratia, is animaduertit clauiculum, qui ante rotam impactus fuiſſet de axe excidiſſe, & paulatim de hoc illam deuolui. Itaq; intelligens, ſi rota prorſus deuoluta eſſet, futurum vt eſſedum corrueret: ſubinde ſecum, ſed ſic facile, vt exaudiretur, muſſitabat. Si diu pergeret eſſedum, id ſibi quidem gratum eſſe. Hoc dictum quum ſæpe murmure ſuo repetiiſſet, atque alii non attenderent animum, alii deriderent, tandem deuoluta rota curruit eſſedum, & qui vehebantur, effuſi in terram, tum demum ſero fatui ſolicitudinem cognouerunt, perſpicientes, & quæ illa, & quod nequaquam vana fuiſſet.

Fabula monet, ne in vllo quaſi expedito rerum curſu nimis eſſe ſecuri velimus. Itemq; hæc ſubiicit: Solere homines incogitantes & improbos negligere atque deridere aliorum tanquam ſtolidorũ ſolicitudinem & metum impendentium malorum, illa v… comprobari,

Venator & Cerdo.

Cerdo ad Venatorem quodam tempore deueniſſe d… tiiſſe ab eo, ſibi vrſi pellem vt venderet: Venator ſibi i… vrſi pellem non eſſe reſpondit, ſed ſi vellet pecuniam nu… raturum ſe poſt dies paucos, vt haberet: quum vrſum ce… luſtrum iam ſibi exploratum eſſet. Itane, inquit Cerdo… vrſum capere? Mihi quidem, inquit venator, nequaqu… hoc fuerit inter feras & in ſyluis pene à puero verſato. L… quit Cerdo, te comitari? nam mihi libet ſpectatorem eſ… tionis. Licet, inquit venator, mecum perendie in ſyluam… cum eſſet ventum, apparuit ſtatim vrſus, belua ingens… Cerdo tum celeriter arborem conſcendit. Venator ad… fortiter, cum tamen hæc excuſſiſſet ictum: recordans… ſet, non ſolere vrſos cadauera morſu attingere: in terr… mortuus eſſet, abiecit. Vrſus autem naribus ad os & a… motis, captare anhelitum, & tentare an ſpiraret. Sed… continente, vrſus mox diſceſſit. Tum igitur & venator… Cerdo de arbore deſcendit, atque iam animis receptis… ſermones, percontari cerdo de venatore, quid in aures ſi… ſuſurraſſet? Cui venator reſpondit, monuiſſe illam d… poſthac vnquam vrſi pellem, nondum capto & confecto… dendam exiſtimaret.

Fabula hoc, quod Græcum prouerbium: Non eſſe a… am exultandum, admonet: ne ſecuritate & temeritat… bia pro certis habeamus.

Vide Quies, Tranquillitas.

Seditio.

¶ DEFINITIO. ET ETYMOL.

SEditio, Græce στάσις, εως, ἡ, & στασιώδης, εος, ὁ, ἡ, ſediti… Eſt autem ſeditio ſpeciale peccatum, ſcilicet mutu… tio inter partes multitudinis, vel præparatio ad pug… vero eſt vnius ad vnum, vel paucorum ad paucos. Sed b… ter diuerſa multitudines. Et vtrunq; eſt pugna in actu, … ratio. *ex B. Th. ſec. Secund. q. 42. art. 10.*

Seditio eſt ſemper de ſe peccatum mortale. Et eſt gra… principaliter eſt in procurantibus, ſecundo in ſequentib… tem in defendentibus bonum commune. *ſec. B. Th. ſec… 42. art. 20.*

Seditio dicitur a ſeorſum ſe dando, vel, *vt Ciceroni pla…* ſum eundo.

Seditio eſt, cum populo ſecum diſcordante res ad mi… tur, qualem ciuitatis ſtatum Virg. deſcribit. 1. Æn.

Ac veluti magno in populo cum ſæpe coorta eſt Sedit…

Factio vero diuiſio ciuium in diuerſa ſtudia, vnde factio… mates ciuitatis diſcordantes ſectantur. Cicero, *inter bon… inter malos factio eſt.*

¶ SENTENTIAE PHILOSOPHICAE.

Seditio duas ex vna ciuitates efficit, *Liu. l. 6.*

Inter hoſtes ſeditionis ſerere cauſas, ſapientis eſt duci…

Nulla quamuis ſit minima natio, cito poteſt ab aduerſa… niſi propriis ſimultatibus ſeipſam confecerit. *Vege. l. 3.*

Seditionis & diſcordiæ principium eſt, aliquid comm… facere.

Concordia paruæ res creſcunt, diſcordia maximæ di… *Senec. in prouerb.*

Nihil ciuitati pernicioſius quam diuiſio, vt nihil mel… vnio. *Plat. de Republ.*

Populares homines diſcordant propter inæqualitatem p… nis, generoſi autem propter inæqualitatem honoris.

Nobilitas generis & diuitiæ principia ſunt ſeditionum. … *Pol. 2. & 5.*

Seditione in ciuitate orta non eſt optandum, vt perditi… alteris victoribus pax fiat, ſed vt amicitia & pax ex recon… fiat, & ſic neceſſario contingat, vt in externos hoſtes anim… dant. *Plat. dial. 5. de legib.*

Seditio eſt bellum, quod in ciuitate oritur. *idem ibid.*

Seditio omnium bellorum grauiſſima eſt, & multo … bellum, quo aduerſus alienigenas vtimur. *ibid.*

Seditione in graui vir fidus potior habendus eſt auro &… *ibid.*

Seditione qui agitantur, nullam requiem malorum hab… *epiſt. 7.*

Seditionibus maligna ſunt conuiuia, & exercitatione… multa alia proſunt ciuitatibus *Dial. 1. de leg.*

Seditiones nunquam in ciuitate ſedantur, niſi illi, qui … res euaſerunt, leges condant non magis ad voluptatem ſu… eorum, qui ſuccubuerunt ſpectantes, & illis legibus vti c… timore, & pudore: timore, quia & quod ipſis ſuperiores ſu…

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

…tant: pudore, eo quod voluptatibus ſuperiores apparent, …int ac poſſint magis legibus ſeruire, & ii, qui ſuperiores … inter ipſos eligere & præferre debent viros optimos, & …imum ſenes, & qui liberos & vxores domi habent, & …poſſeſſionem ſatis iuſtam obtinent; vt autem ſint in ci… decem millia virorum continet, quinquaginta; ſatis eſt. …, & honoribus maxime accerſendi ſunt è domo, & vo…ndum præſtent iudicandi & reddendi ius vniuerſæ ciui… plus victis quam victoribus tribuendo.

…tis, ſi victores magis obediant legibus quam victi, om… habent, ſin ſecus, nihil ſpei erit. *Plat. epiſ. 7.*

…dem mouet iniuria, & deſidia eorum, qui ciuili ſocietati … *Patric. de republ. l. 6. c. 5.*

… in Republica maxime mouentur, quia alii pares eſſe … qui plus poſſunt, & niſi hoc ſit, non acquieſcunt: alii, ſe …oſos putantes indigne ferunt, niſi plus habeant. *Idem*

… initia ſeptem ſunt, vel propter lucrum, vel propter ho… vt acquirant, ſed quia vident alios partim iniuſte plus … propter contumeliam, propter metum, propter impoten… propter contemptum, propter incrementorum exceſſum, & … propter verecundiam, propter negligentiam, propter pu…, propter imparitatem. *Ariſt. Pol. 5. c. 2.*

… fit propter metum, quum qui pœnas formidant, ob ma… commiſſa contra Rempubl. inſurgunt. *Idem Polit. 5. c. 3.*

… fit propter impotentiam, cum maior ſit, & potentior, … vel plures: quam ſecundum Reipublicæ dignitatem, & … Reipublicæ, & ex talibus fit vnius gubernatio violenta. … *5. c. 3.*

… fit propter contemptum, vt in paucorum potentia cum … illi, qui à Republica excluduntur, potentiores enim ſe … populari ſtatu opulentos contemnentes inordinationem, … eorum, qui gubernant. *ibid.*

… fit per fortunam, quum ex bello magna pars ciuium ex…, & debet alia ſubrogari. *idem ibid.*

¶ Apophthegmata.

…*critus*, ſeditionem inteſtinam vtrinque nocere dicebat: … tum victoribus, tum victis pernicies eſt æqualis. *Stobæus* …

… remedium aduerſus ſeditionem illud eſſe dicebat, vt nec … aliquibus ciuium inopia ſit, nec ingentes diuitiæ, *Eod.* …

…*Sophiſta*, cum tale argumentum eſſet propoſitum: Qui … mouerit, moriatur, qui ſedauerit, præmium ferat. Qui… mouerat & ſedauit, petiit præmium. Hanc quæſtionem …ſoluit: Quod eſt prius? mouiſſe. Quod poſterius? ſedaſſe. … pœnas motæ ſeditionis: ac deinde, ſi potes, accipe … recte factorum. *Philoſt.*

¶ Similitudines.

… Quemadmodum in corporibus externas incommodi … frigus, calor, labor, vulnera, & antequam fiant præ… & vbi factæ ſunt, facile curare licet: quæ vero ex ipſis cor… emergunt, vt ſcabies & morbi, difficile præuidentur, diffi… vbi prouenere curantur: Ad eundem etiam modum & …, & de exercitibus ſentiendum eſt. Etenim aduerſus ex… quidem inſidias & bella, in promptu eſt & præueniendi mo… auxilium, vbi ingruerint. Verum aduerſus ea, quæ in ipſis … aduerſa naſcuntur, contra ſeditiones & colluſiones difficilis …dela, & quæ magnam gerendarum rerum dexteritatem, & … quandam requirat induſtriam. *Lib. 11. hiſt.*

…*Nicæ*: Neque ligna videlicet viridia quiſquam componit … comburendum, quum præſciat neceſſe eſſe multum & abſur… fumum exoriri: neque perturbatum populum in idem con… prudens præſes, niſi ſi qua maior neceſſitas incumbat. *Orat.* … *in concione 48.*

…: Vt mare, quod ſua natura tranquillum eſt, ventorum … videmus, ac turbari: Sic populus ſua ſponte pacatus ho… ſeditioſorum vocibus, & violentiſſimis tempeſtatibus con… *in orat. pro Cluentio.*

…*tempeſtates* ſæpe certo aliquo cœli ſigno commouentur, ſæpe …, nulla ex certa ratione, obſcura aliqua cauſa concitantur: … comitiorum tempeſtate populari ſæpe intelligas, quo ſigno … ſit, ſæpe ita obſcura eſt, vt caſu excitata videatur. *Pro* …

… Salamandra non niſi magnis imbribus prouenit, ſereni… Ita quidam non apparent, niſi ſtatu ciuitatis bello aut … turbato, iidem rebus pace compoſitis emoriuntur. *Lib.* …

…*terodami*: Sicut vulgo dicunt, Aquilonem noctu exortum … ad tertium durare diem: Ita rerum motus, qui non ex …, ſed facili cauſa ſubitaq; proficiſcuntur, facile ſedantur, … quieſcunt in Republica. *in ſimil.*

¶ Exempla Biblica.

Seditionis *exempla*: Core, Dathan & Abiron, *Num*, 16. ℣. 12. 13. Iſraelitæ, *v.* 41. 42. *&* 20. 3. Ephraimitæ, *Iud.* 11. 12. Abſalon, 2. *Sam.* 15. ℣. 10. 11. Semei, 16. *v.* 6. 7. Seba filius Bochri, 10. ℣. 1. 2. Adad Idumæus 1. *Reg.* 16. 14. *Raſon. v.* 23. Ieroboam, v. 26. Zambri, 26. v. 9. 16. Mallotæ & Tharſenſes, 2. *Mac.* 4. 30. Barrabas, *Marc.* 15. 7. *Luc.* 23. *v.* 18. 19. Theudas, *Actor.* 5. *v.* 33. 36. Iudas Galilæus, v. 37. quidam Iudæi, 25. v. 1. 2. Demetrius cum ſuis, 19. v. 23. Seditionis crimen Prophetis & Apoſtolis, aliiſque piis hominibus publico docendi munere fungentibus ſæpe ſed falſo ab impiis eſt obiectum. *Exempla*: Achab Eliæ, 1. *Reg.* 18. *v.* 17. 18. Conſiliarii Artaxerxis Iudæis, 1. *Eſdr.* 4. ℣. 12. 13. Artaxerxes Ieruſalem, v. 18. 19. Aman Iudæis, *Eſth.* 3. 8. *&* 13. 4. Amaſias Prophetæ, *Amos* 7. 10. Alcimus Iudæis, 2. *Macch.* 14. ℣. 5. 6. Iudæi Chriſto: Chriſtus enim duorum atrociſſimorum criminum reus peragitur: blaſphemiæ, *Marc.* 16. 64. *Luc.* 22. ℣. 70. 71. & ſeditionis, 23. 2. cum tamen omni culpa vacaret: adeo vt non vereretur omnium conſcientias prouocare, *Ioh.* 8. ℣. 46. & cum videret turbam ipſum correpturum, & in Regem creaturum, ſeceſſerit, *Ioh.* 6. 15. Pontifices & Iudæi Apoſtolis, *Act.* 4. 18. *&* 5. 28. Tertullus, 24. 5. Seditionis punitæ *Exempla*: Core, Dathan, & Abiron, cum 250. viris, *Num.* 16. 31. *&c.* Abſalon, 2. *Sam.* 18. 9. *&c.* Seba Bochri filius, 20. 21. Semei, 1. *Reg.* 2. *v.* 41. 42. Zambri, 16. 18. Sedechias, 2. *Reg.* 24. 20. *&* 25. ℣. 6. 7. Theudas cum ſuis, *Act.* 5. 36. Iudas Gallilæus cum ſuis, v. 37. Sublato ſeditionis autore, ſeditio aufertur, *Exempla*: Abſalom, 1. *Sam.* 18. 10. Seba, 20. 22. Barrabas cum ſuis, *Luc.* 23. 19. Demetrius, *Act.* 19. 29.

Seditio, eſt motus Subditorum contra legitimum magiſtratum, factus principaliter rapiendi & mutandi dominii cauſa, non propter neceſſariam defenſionem, aut iuſtum dolorem. Hanc Seueriſſime damnat Deus, *Rom.* 13. 1. *&c.* *Et Prou.* 24. 21. Time dominum, fili mi, & regem, & cum Seditioſis non commiſcearis: quia repentinus veniet interitus eorum.

¶ Profana Exempla.

Quo tempore Spartani Leuctrica calamitate à Thebanis affecti ſunt, in Argiuorum vrbe tanta ſeditio & cædes orta eſt: quanta apud reliquos Græcos nunquam fuiſſe memoratur, *Diod. l. 15.*

Cum in bello, quod Romani contra Piratas geſſerunt, Populus Romanus claſſem comparaſſet, huicque Pompeium præfeciſſet contra Senatus voluntatem, repugnantibus patribus: plebs ſeditionem mouit, atque in Senatores adhuc ſedentes impetum fecit: quos & ad vnum omnes interfeciſſet, niſi de loco, vitæ conſulentes abiiſſent. *Hiſtoriam late deſcribit Dion. Nicæus, & eius abbreuiator Xiphilinus in Pompeio.*

Anno Iuſtiniani ſeptimo, Bizantij orta eſt ſeditio, quæ teſſeram popularem dedit (hac enim nota ſe inuicem coniuncti agnouerunt) expulſiq; ſunt ciues boni, & incenſa ædificia, inter quæ & templum Sapientiæ fuit: ſed repreſſa eſt à Iuſtiniano auxilio Beliſarii, ſublatis auctoribus Hypatio, & Pompeio, & trucidatis triginta millibus hominum. *Procop. Euagrius lib. 4. c. 13. Niceph. l. 17. c. 10.*

Quarto Iuſtiniani anno, ob turpiſſimam Imp. auaritiam, & intolerabiles ſubditorum compilationes, ſeditio orta eſt Conſtantinopoli: in qua Imperator in vitæ diſcrimen veniſſe, & amplius quam triginta millia hominum cæſa ſcribuntur. *Procop. lib. 1. belli Perſici Zonaras tom 3.*

Ludouicus XII. Francorum Rex, ſcholæ Pariſienſis ſtatum, ſtudioſorum priuilegia reformare: fori pariter ac iudiciorum abuſus emendare & tollere inſtituit, ſchola tumultuata ſeditionem mouit. *Ann.* 1498. *Auctor Chronici.*

L. Poſthumius Tribunus militaris cum diripiendam Nolam Æquorum oppidum exercitui vt promiſerat, non concederet: concitato in vrbe Roma tumultu, propter illatum eius ſcribæ vulnus ab exercitu ſuo dilapidatus eſt.

Inſignis ſeditionis experimentum dedit *Mithridatis exercitus*, cum in eum Lucullus arma mouiſſet. Nam cum in Armeniorum caſtris eſſet nuntiatum, Mithridatis duces à Luculli militibus fuſos fuiſſe, adeo territus eſt exercitus, vt omnibus ſua extra caſtra ferentibus ob ſtrepitum Mithridates excitaretur, tentorioque egreſſus, vt quidam id eſſet inſpiceret, à ſuis ſolus & pedes relictus eſt. Cum autem ita omnia ob eam rem caſtris perturbarentur, vt ſublata imperii reuerentia, cui plus virium erat, is ex alieno plura raperet, omniſque Mithridatis pretioſa ſuppellex diriperetur, eo militaris temeritas progreſſa eſt, vt Dorbatis militaris præfectus ob id occideretur, vt ei inſignem veſtem, quam habebat, milites adimerent.

¶ Sententiae Historicae.

Tres cauſæ ſunt propter quas homines ſeditionem aduerſus patriam & principes ſuos mouere præſumant: quando videlicet vel præſides ſuos culpant & ægre ſuſtinent, vel rebus quæ aguntur offenduntur: vel quando ſpem rerum maiorum ac potiorum animo concipiunt. *Polyb. hiſt. lib. 11.*

Omnis ſeditio in quauis ciuitate curari poteſt, ſi diſſidiorum cauſæ tollantur. *Dionyſ. Halic. l. 6.*

Peſtilentia contra, minacior tamen quam pernicioſior, cogi-

tationes hominum à foro certaminibuſque publicis ad domum curamque corporum auertit: minuſque eam damnoſam fuiſſe, quam ſeditio futura fuerit credunt. *Liu. Decad.* 1. *l.* 4.

Seditionis non remedia quam principia maiora ſunt, *Curtius, lib.* 9.

Vbi domeſtica quies ſeditionum agitata fructibus eſt, priſcæ conſuetudinis auctoritas conuellitur: pluſque valet quod violentia cogit, quam quod ſuadet & præcipit verecundia. *Valer. Max. lib.* 3. *c.* 8.

Præcipuum peſſimorum incitamentum, bonorum mœſtitia. *Tacit. hiſt. l.* 1.

Ciuium ſeditio maximum bellum eſt. *H. Pachym. hiſt. l.* 12.

Populi in magiſtratum conſpirantis ſeditione nihil eſt atrocius: nempe tunc corpus à capite defectum perditionem eius per quod ſpirat meditatur. *P. Diaconus, hiſt. l.* 1.

In ciuitate partibus infecta, omnis quantumuis exiguus metus, periculoſiſſimus eſt. *Fr. Guicciard. hiſt. l.* 1.

Exercitus plerunq; contemplatus frequentiam ſuam à diſciplina deſciſcit, & quod agere ſe putat poſſe, rogare non ſuſtinet. Seditio autem in exercitu partim ſeueritate, partim principis liberalitate diſcutitur. *Velleius Paterc. l.* 2.

Inter veteres Gallos pro diuiſione prædæ orta ſeditio vſque adeo proceſſit, vt non ſolum prædæ, verum etiam imperii magnam partem amiſerint: quod frequenter Gallis accidere conſueuit, ob immoderatas eorum crapulas atque ebrietates. *Polyb. l.* 2.

Menenius Agrippa, vir facundus & plebi charus, in caſtra militum Romanorum tumultuantium intromiſſus, priſco illo dicendi & horrido modo nihil aliud quam hoc narraſſe fertur: Tempore quo in homine non, vt nunc, omnia in vnum conſentirent, ſed ſingulis membris ſuum cuique conſilium, ſuus ſermo fuerit, indignatas reliquas partes ſua cura, ſuo labore ac miniſterio ventri omnia quæri, ventrem in medio quietum nihil aliud quam datis voluptatibus frui, conſpiraſſe inde, ne manus ad os cibum ferrent, nec os acciperet datum, nec dentes conficerent. hac ira dum ventrem fame domare vellent, ipſa vna membra, totumque corpus ad extremum veniſſe, inde apparuiſſe ventris quoq; haud ſegne miniſterium eſſe, nec magis ali quam alere eum, reddentem in omnes corporis partes hunc quo viuimus vigemuſque, diuiſum pariter in venas confecto cibo ſanguinem. Comparando hinc quàm inteſtina corporis ſeditio ſimilis eſſet iræ plebis in Senatum Romanum, ſeditioſorum mentes flexit. *Liu. Decad.* 1. *l.* 2.

Ea eſt humanarum felicitatum alioquin conditio vt momentaneæ ſint, inque diem durent: ac quanto quis maiora ab his incrementa accipit, tanto facilius auræ inſtar concidit: idque præcique in ſeditionibus. Quippe homines qui in perturbatis fluctuantibuſque rebus verſantur, parum aut nihil potius ab iis differunt, qui tempeſtate iactantur, eodem enim modo ſuſque deque & in omnes partes abripiuntur: ac, ſiquid eos vel minimum fefellerit, prorſus ſubmerguntur. *Dion. l.* 28.

In ſeditionibus & bellis omnia præter rationem eueniunt, vbi non iure, ſed vtilitate ſua ac neceſſitate amicos inimicoſque ſuos, ii, qui rerum potiuntur, æſtimant, ac pro opportunitate temporis eoſdem, & hoſtes & neceſſarios ſuos iudicant. *Idem l.* 48.

Nullum ſatis validum imperium eſt coercendis ſeditionibus populi, flagitia hominum vt ceremonias Deum protegentis. *Tacit. Ann. l.* 3.

In ſeditionibus accidit, vt vnde plures erant, tandem omnes ſint. *Idem hiſt. l.* 1.

Acerrima ſeditionum ac diſcordiæ incitamenta: homines ſanguinarii, ſcelere & metu vecordes, miſcere cuncta, modo palam turbidis vocibus, modo occultis ad principem literis. *Idem l.* 2.

Minore ſpe veniæ creſcit vinculum ſceleris. *Idem l.* 4.

In communibus iniuriis exercitus ſeuerius patiuntur. *P. Diacon. in Mauritio.*

In ſeditionibus omne genus hominum confluere ſolet. *Procop. de bell. Vand l.* 2.

Inteſtinæ ſeditiones continuo ex nimia felicitate naſcuntur. *P. Iouius hiſt. l.* 1.

Interdum mouet tumultum ex diuerſis locis collectus exercitus: & cum pugnare nolit, iraſci ſe ſimulat, cur non ducatur ad bellum: quod ii præcipue faciunt, qui in ſedibus ocioſe delicateq; vixerunt. Nam aſperitate inſoliti laboris offenſi, quem in expeditione neceſſe eſt ſuſtinere, præterea metuentes prælium, qui armorum exercitia declinant, ad eiuſmodi præcipitantur audaciam. Cui vulneri multiplex medicina conſueuit opponi, vt dum adhuc ſeparati ſunt, & in ſedibus ſuis, tribunorum vel vicariorum, necnon etiam principum ad omnem diſciplinam arctiſſima ſeueritate teneantur, nihilque aliud niſi deuotionem moderationemque cuſtodiant. Campi curſionem (vt ipſi appellant) inſpectionemque armorum aſſidue faciant, nullis commeatibus vacent. Ad nomen, ad ſigna obſeruare non deſinant. Ad ſagittas iaciendas, ad miſſilia dirigenda, ad iactandos lapides vel funda vel manu, ad armaturæ geſtum, ad vectes iactandos, pro ſimilitudine gladiorum, punctim cæſimque feriendo, multo die, vſque ad ſudorem, ſunt frequentiſſime detinendi, &c.

Ita exercitati, & eruditi in ſedibus milites, ſiue illi le…
ue auxiliares, ſiue equites fuerint, cum ad expeditionem…
ſis conuenerint locis, æmulatione virtutis, prælium ma…
eſt habeant optare quam ocium. Nemo cogitat de tum…
duciam de arte vel viribus gerit.

Dux autem debet eſſe attentus, vt omnibus legionibus…
xiliis vel vexillationibus, à tribunis, vicariis, princi…
turbulenti vel ſeditioſi ſunt milites, non pro inuidia…
ſed pro rerum veritate cognoſcat, eoſq; prudentiori…
gatos à caſtris, ad agendum aliquid, quod ipſis prope…
tabile: aut ad caſtella vrbeſque deputet muniendas…
das, tanta ſubtilitate, vt cum abiiciuntur, videantur…
quam enim ad contumaciam pari conſenſu multitudo…
ſed incitantur à paucis, vitiorum ſcelerumque impu…
rant peccare cum plurimis.

Quod ſi fieri medicinam neceſſitas extrema perſua…
eſt, more maiorum, in autores criminum vindicari…
metus, ad paucos pœna perueniat. Laudabiliores tam…
quorum exercitus ad modeſtiam labor & vſus inſtitu…
quorum milites ad obedientiam ſuppliciciorum form…
lit. *Veget l.* 3. *c.* 4.

Seditionum & ſeditioſorum in ciuitatibus ciuili bello…
luculenta deſcriptio.

Græciæ vrbibus acciderunt multa atque atrocia in ſedi…
quæ ſolent fieri & fient ſemper donec eadem erit homin…
magis aut minus crudeles & variæ, vt mutationum circ…
erunt. Nam in pace & rebus ſecundis vniuerſæ ciuitates…
homines mentes habent ſaniores. Quia non cogit nec…
rere vitæ præſidia modis: ſed bellum copiam quotidian…
trahens, violentus magiſter eſt, & ad præſentes occaſion…
rum impetus incitat. Itaque ciuitates ſeditionum plen…
poſteriora, cum prius facta audirentur, ſuperabant…
conſiliorum, cum in excogitandis artibus opprimendi…
in pœnarum crudelitate. Vſitata rerum nomina perm…
Prætextus cauſa, furioſa temeritas nominabatur fortitud…
delis: conſiderata cunctatio nominabatur timiditatis…
modeſtia ignauiæ velamentum: circumſpectio in vniuerſ…
ties dicebatur: præceps audacia, generoſitas: ex tuto ve…
re, tergiuerſatio: accendens odia, fidelis: contradicens…
cui inſidiæ ſucceſſerant, aſtutus, qui ſibi inſidias ſtrui ſen…
huc aſtutior: qui nolebat eſſe in partibus, diſſolutor ſoc…
aduerſarios formidans: quiſquis alterum anteuertiſſet in…
laudabatur ſic etiam qui id conſilium dederat non cogita…
gnati minus familiares erant aliis coniuratis, quia h…
videbantur ad quoslibet impetus ſine excuſatione. Non…
bant talia ſodalitia legitimæ vtilitatis cauſa: ſed contra…
iuſta cupiditate, & inter ſe fideles erant, non iure diuino…
tate ſcelerum, & quæ bene dicebantur ab aduerſariis…
non ingenuitate, ſed metu. cum ipſis proderant. Gra…
ciſci eum, qui iniuriam feciſſet, quam nulla iniuria eſſe…
Iuramenta induciarum propter præſens periculum fi…
quia nulla alia præſidia erant: ſed cum altera pars ſibi…
videns aduerſarios non munitos eſſe, dulcius erat dec…
duciarum nocere, quam aperte aliquid mouere: idque…
eſſe tutius, & victoria fraudulenta ſapientiæ laudem…
Improbi nominabantur induſtrii, boni, hebetes: quorum…
probrum erat, alterum glorioſum. Horum omnium cau…
cupiditas iniuſtæ potentiæ & dominationis: inde conten…
ter partes oriebantur. Nam potentiores in ciuitatibus…
honeſto nomine, alteri ſtatum popularem, alteri autho…
natoriam tribuentes: verbis quidem de Republica certab…
reipſa tanta erat acerbitas odiorum, vt alii alios penitus de…
narentur, & in pœnis finem ſtatuebant, non iuſtitiam a…
tem ciuitatis, ſed potius quam vtrique voluptatem, ſe…
demnatione per iniuſta ſuffragia, ſeu inuictoria vi oppr…
ſariis, æmulationi & cupiditati contentionis morem ge…
neutris curæ erat pietas: ſed qui honeſto colore aliquid…
erant laudabantur. Medii ciues ab vtraque actione p…
partim quod non tuliſſent illis aut iſtis, partim inuidia…
ctenus fuiſſent incolumes. Adeo propter ſeditiones in…
Græcia omne genu ſcelerum extitit. Simplicitas conſilio…
maxime eſt in bonis naturis, cum riſu explodebatur: ſed…
re inter ſeſe, obſeruare alios, & omnia ſuſpicioſe deprauat…
ria erat. Nulla enim oratio firma neque iuramentum…
ad reconciliationem prodeſſet. Quia enim aſtute ratio…
tur, nullam pacem firmam fore, proſpicere malebant…
paterentur, quam aliis confidere. Ac ſtulti ſæpe erant…
quia cum metuerent inſidias, & timerent fore vt aſtutiæ…
rentur, ipſi priores audacter vim inferebant. Sapien…
ro etiamſi pericula præuidebant, tamen quia exiſtimab…
tentanda eſſe. quæ poſſent conſilio obtineri imparati opp…
tur. *Thucyd. l.* 3.

Qui in bello contra Imperatorem ſuum ſeditionem…
is in ſuam ipſius ſalutem ſeditioſus eſt. *Xenophon de expe…*
lib. 6.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

…llius conſul, ſenibus remediis aptior, concitatos animos …um frangi, putabat cum tutius, tum facilius eſſe. *Liu. De-* …

…oſis quieta mouere, magna merces videtur, *Salluſtius de* …*at. Catil.*

…mus quiſque aſperrime rectorem patitur. *Idem, orat. ad* …

…cere cuncta, & priuata vulnera Reipublicæ malis operire ſta-… *Tacit. hiſt. l. 1.*

…tioſiſſimus quiſque ignauus. *idem, lib. 4.*

…en fides, non conſtantia, non gratitudo ſeditioſorum animis …lla, pœnitet eos præſentis ſemper imperii, gaudent nouis re-…futura in expectatione habent, leuitas illorum dux eſt atque …ad poſtrema quæque flagitia. Non illos longæ pacis otium, …etiam eorum qui in militia educati ſunt, relangueſcere animos …non paræ ſub principe laudato plurimæ diuitiæ, quarum co-…voluptas deſidiaq; eſſe conſueuit, non belli facies ipſa, quæ eo …magiſq; formidoloſa apparet, quo longior pax fuit: non …agrorum ſecuritas, ad quos relictis oppidis commigran-…aut eorum deſiderium quæ relinquenda ſunt remorantur. …*Pontan. hiſt. l. 1.*

…fica illa factionum dominatio triſtior eſt peregrino impe-… *Thucyd. l. 4.*

…Africa ſeditioſorum exercitus bellis fractus ad extremum tan-…laborauit, vt alii aliorum corporibus veſcerentur: numine …tionem dignam ſceleribus quæ in proximos patrarant infe-… *Polyb. lib. 1.*

…prudentis eſt ſperare, corruptiſſimo ſeculo: tantam vulgi mo-…mentem fore, vt qui pacem belli amore turbauerunt, bellum …aritate deponant, *Tacit. hiſt. l. 2.*

…eſt mirandum, ſi ſeruus ſeditioſus eo domino ſit ſuperior, …um dominum, (nempe Deum) repudiet. *Zonar. in Gra-*…*m. 3.*

¶ Hieroglyphica.

…pularis ſeditionis ſtudioſum hominem ſignificare qui volunt …duas martinas ſe inuicem incurſantes pingunt. Videre enim …vniuerſas, tanquam gregis collegium celebrare, dimicare …inter ſe cornibus, arietum modo, ac mutua flagellatione …ſæuire. *Pier. l. 28. c. 54.*

…in corporis humani eſt putridum membrum maturè abſcinde …pars ſincera trahatur, & ſocietatis humanæ (quam cupimus …) intereſt, pernicioſos ciues, ſeditioſorum capita, tollere de …ne malum paucorum ſerpat in totum corpus publicum. … *Collect.*

…Inter macerias & ædificiorum ruinas creſcunt herbæ noxiæ: & …regnorum ciuitatumque vaſtationes, caput tollunt ſeditioſi, …pios, potentes, & bene meritos viros de gradu deiiciunt, …facultatibus, honoribus, vita crudeliter ſpoliant. *Anonym.*

Vide, Bellum, Diſcordia, Inimicitia.

Sedulitas.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

…ſtitia particularis eſt virtus ſuum cuique tribuens. De publica …non agimus. Priuata eſt, quam quiſque priuatim præſtare …tenetur in iis rebus, in quibus peculiaris obligatio intercedit, id-…vel in ſua propria vocatione, vel in ſocietate. In propria vocati-…requiritur ſedulitas, quæ & diligentia, recta ſolicitudo, fidelitas, …natio lenta dici poteſt. Conſiſtit in laudata & exacta præſta-…officii, ſine dolo, ſine fuco & ſimulatione. Eam Horatius of-…cioſam cognominat. Græc. ἐπιμέλεια, ἀκρίβεια, ἀτρυνεία. Hebr. …*Deaghah*, ſolicitudo, cura anxia, metus mœrorem animo adferens: …verbo *Daagh* ſolicitus fuit, ſolicite metuit, anxie curauit. Affini-…tatem habet cum *Daabh*, tabuit, & *Saagh*, rugiit. nam ſolicitudo …& ſedulitas acris in officii præſtatione, homines efficit rabi-…clamoſos & moroſos. Hinc per metatheſin, κήδω, κήδομαι, κη-…, ſolicitus ſum, curo, κῆδος, cura, ſolicitudo, ſedulitas. 2. A verbo …*Charadh*, trepidauit, motu corporis tremuit, loco conſiſtere non po-…, deriuatur *Charadhah*, trepidatio, motus feſtinus. Ad ſedulita-…, & diligentiam homines ad rem attenti, & motu continuo a-…(*qui ne puet arreſter en place*) refertur. 3. *Schoked*, ſedulus, …gens, à verbo *Schakadh*, vigilauit attente, excubias egit, attendit …vigilanter. Cognationem habet cum *Schakat*, quieuit: nam vigi-…& ſedulos viros oportet eſſe mente compoſita, nec non alienos à …tumultibus & ſtrepitu. Amygdalus, amygdalum, arbor & fructus, …*Schakedh*, nominatur, ab alacritate & maturitate ſedula, quia ante …fructus protrudit atque præuenit cæteras arbores. 4. *Tamidh*, …frequens, continuus, perpetuus, ſedulus. Hinc θαμίζω frequento, …frequens.

Sedulitas vero virtus eſt per quam labores noſtri officii recte in-…ctos, libenter & diligenter exſequimur, vt Deo grata, homini-…vtilia præſtemus. *Prou. 12. 4. 5. Rom. 12. 11. 2. Theſſ. 3. 10.* Requiritur præſertim in eccleſiæ paſtoribus, qui in rebus ſacris ſedulitatem ſummamq; diligentiam adhibere debere: *Leuit. 19. 6. 7.* Hac virtute continemur in officio, ne eo deſerto fiamus errones, qui huc illuc vagantur, lautiorem captantes conditionem. Iubemur manere in vocatione noſtra, & munus nobis mandatum ſedulo implere. *Pſal. 37. 3. & 128. 2. 1 Cor. 7. 24. Col. 4. 17.*

Sedulitati in officio faciendo ſtudendum eſt, 1. quia à Deo mandatur. *Gen. 3. 19. Rom. 12. 8. & 1. Theſſ. 4. 11.* 2. Quoniam ad eam impellere nos debet vitæ noſtræ breuitas, mortis certitudo, Dei iudicium, *2. Cor. 5. 6. & c. 3.* Etiam in hac vita vtilis eſt: facit enim ad rem parandam & abigendam paupertatem. *Prou. 10. 16.* 4. Hoc præſtat, vt nos geramus decenter erga extraneos & proximos; & nullius indigeamus. *1. Theſſ. 4. 12.* 5. Quia ipſis etiam Gentilibus ſummopere probata fuit: Vnde apud illos admonitio, *Hoc age.* Oppoſita ſedulitati eſt deſidia, ignauia, curioſitas.

¶ Exempla Sacra.

Sedulitatis *Exempla*: Iudæorum reducum aduerſarii, *1. Eſdr. 4. 23.* Iudæi reduces, *Nehem. 4. 23.* Ioſeph & Maria, *Matth. 2. 14.* Iudas proditor, 26. 47. Principes Sacerdotum, & ſeniores populi, 27. 1. Mulieres piæ, Maria Magdalena & aliæ Mariæ, *Luc 24. 1.* duo diſcipuli euntes Emaunta, *v.* 32. 33. Chriſtus, *Luc. 4. v. 42. 43. Ioh. 8. 2.* Pharisæi, 7. *v.* 30. 31. 32. Maria Magdalena, 20. 1. Petrus & alter diſcipulus, *v.* 3. credentes, *Act. 2. 44.* Sacerdotes & Magiſtratus, 4. 1. Apoſtoli, 5. 21. Iudæi, 9. *v.* 23. 24. Petrus, 10. 9. Paulus, 15. *v.* 35. 36. 40. 41. & 20. 13. *Prouer.* 20. 13.

Conſule titulum de Diligentia, Labore & Studio.

Senatus.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

SEnatus, à ſenio, & à ſinendo: quod Senatores & viri ætate & iudicio graues, & quia magiſtratibus non plus licebat quam Senatus permitteret, Græce βουλὴ, γερουσία Hebr. *Schahhar*, porta quæ propter munitionem, iudicia, & Senatum eſt auſtera & formidabilis. Olim enim inter Iſraelitas ius dicebatur in portis ciuitatis. *Zekenim* etiam Senatores dicuntur, à verbo *Zakin*, Senuit, ſenex fuit.

Senatus eligatur ex triginta duodenariis, qui efficiunt. 360, idoneos ad diſtributiones. diſtribuit enim quatuor partibus ſecundum nouagenarium ex ſingulis cenſibus proferant ſenatores nonaginta, & qui primi, ſecundi & tertii cenſus fuerint, prima, ſecunda & tertia die, proferat quicunque velit, aliter mulctetur mulcta prout viſum fuerit, quartus quarta proferat & liber ſit a mulcta qui non voluerit proferre, deinde qui ex ſecundo ac primo non profert, mulctetur, ita vt qui ex ſecundo cenſu eſt triplum primæ mulctæ perſoluat, qui ex primo quadruplum: qui ex tertio & quarto impunis ſit proferre nolit. Quinta die conſcripta, & obſignata nomina ferant magiſtratus omnibus ciuibus conſpicienda, ex his quiuis vir rurſus proferat: aut prima mulcta mulctetur, centum vero & nonaginta viris ex vnoquoque cenſu delectis dimidium horum ſorte probent, vt per annum ſint hi ſenatores. *Plat. de legib. dial. 6.*

Senatores vt propriis in rebus verſentur, & res domeſticas bene componant, proinde duodecimam ipſorum partem in duodecim menſes diſtributam, vt vna vni menſi diſtribuatur, ad cuſtodiam conſtituemus. *Plat. de legib. dial. 6.*

Senatores curam habeant vt ſi quis aliunde veniat, ſiue ex ipſa ciuitate accedat, prompte ipſum admittant, & ſiue quis nunciare aliquid velit, ſiue percunctari ex his quæ ciuitatem aliis ciuitatibus reſpondere conuenit, & ex his quæ pro reſponſione adferuntur, ſi ipſa ex aliis quid percunctata ſit: ſed & nouationum gratia, quæ omnis generis ſemper oriri ſolent, in ciuitate pariat, iidem ſint, vt maxime quidem non fiant: ſi vero fiant, vt celerrime ciuitas ſentiat, & curetur id quod factum eſt. Quapropter hanc præſidentem ciuitatis partem ſemper tum in conuentibus dominam eſſe oportet, tum in diſſoluendis his facultatibus quæ & ſecundum leges derepente accidunt ciuitati, *Plat. de legib. dial. 6.*

Senator in ſenatu auctor eſſe debet ſententiarum Reipublicæ conducibilium, etiamſi parum iucundæ auditu fuerint, & aliis in concione adulationis relinquendo, contentus rebus vtilibus, increpans, admonens, caſtigans, non arrogantem inſanamque, ſed ſobriam libertatem proferens. *Phil. Iuda. de Ioſeph.*

Senatus conſulta ſunt, quæ fuerunt ſenatus authoritate decreta. *Boeth. in topic. Cic. lib. 2.*

¶ Adagia.

Amphictyonum conſeſſus, Ἀμφικτυονικὸν συνέδριον.

De frequente grauium virorum conuentu.

Legatus non cæditur, neque violatur. πρέσβυς οὐ τύπτεται, οὐδ' ὑβρίζεται.

Id iure gentium receptum eſt, vt legati publica fide veniant & redeant inuiolati.